Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput VII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

vires que deficerent. Non tamen illis viribus laxa
mentum laboris, sed novam materiam quaerebat fer
merendi. Nullo labore aut corpus fatigari, aut ani

Teneræ ætatis informatio.

mum vinci posse diceres. Plures quotidie infan
tes undique conquisitos rite sacra lustrabat aqua.
Praecipue vero teneram aetatem ad religionem infor
mare studebat, haud ignarus plurimum momenti
esse in puerorum institutione; utpote quos pro
videret à prima aetatis conformatione longè
meliores parentibus evasuros. Habebat eius rei
argumenta et multa et illustria. Neophytos pue
ros cernebat Christianae doctrinae perdiscendae
cupidos, nec minus arripere ipsos explicata,
quam alijs tradere: ab idolorum cultu, omnique
superstitionis genere adeò abhorrere, ut parentes
ipsos in hoc genere peccantes nec ipsi reprehen
dere vererentur, et ad Franciscum protinus de
ferrent. Nec ille minoris puerorum studijs docendis,
sed ad fidem vindicandam et dux eis erat, et
comes. Si quando tale aliquid illorum indicio c
mpertum esset, propere contracta puerorum
manu contendebat ad eam domum, quae tantum
admiserat nefas: extemplo, velut signo dato, in
vadebat lararia. Tum Pueri, facto impetu, pro
se quisque deorum simulacra comminuere, con
sputare, conculcare pedibus, omnibus contumelijs
onerare; diaboli cultum in ludibrium vertente
Xaverio.

Multis miraculis per se ac neo phytos; ob eximiam humilitatem vulgò Pater Sanctus appellatur Cap: VII.

Pagis, qui primi occurrerant, satis Catechismo
eruditis, Tuticurinum oppidum petens, ad ig
nobilem Ethnicorum pagum divertit, qui [illegible]
tempto proximo accolarum exemplo, Christi as
pernabantur fidem. Instanti Francisco, ut [illegible]
ora

ovi Pisariæ auctoritatem sequerentur, id sibi per
Regem suum fas esse omnes pariter annuebant, non
tam verè quàm obstinatè superstitioni honestum
obsequij titulum prætexentes. Incerto consilij Xa
verio egregiam rei benè gerendæ occasionem divi
na providentia obtulit. Per id tempus ibi mu
lier quædam honesta tertium jam diem periclitabatur
difficultate partus, nihil illa desperatius. Jam sua
rum inanium Deorum aures frustra pro illius sa
lute pulsata conjugem eius cognatosque fatiga
verant; cum Franciscus, re comperta, Deo fretus,
eò cum interprete accurrit :/: spem aliquam opis
ostendens. Mox domesticorum permissu agere
cum illa, ut desperata corporis salute, animo
consuleret; et simul nostræ fidei capita brevi
ter explicare cœpit. Quibus mulier, [illegible]
[illegible], cum assentiretur; percontatur ex ea Xa
verius velitne fieri Christiana. Et libenter
quidem, inquit illa. Tum Franciscus, Evangelio
recitato, moribundam foeminam rite baptizat.
Mirum dictu: baptismus ita facilem illi partum
præstitit, ut protinus innoxia foetus effunderet;
Lætus eventu Franciscus primum modò natum
infantem. Domesticos deinde omnes baptismo
lustrat, non minus miraculo attonitos, quàm
lætitia gestientes. Factum hoc admirabile tamq.
[illegible] celeriter :/: ut fieri solet :/: fama vul
gavit. Xaverius ergo populi animos stupore
perculsos urgendos ratus, pagi primoribus in
stare, ut suscipere ne dubitarent religionem, cuius
documentum recens tam evidens habuerant. Negare
illi primò id se Regis sui injussu esse facturos:
deinde potestate à Regis procuratore facta,
omnes ferè, cum sua quisque familia, Christia
nis initiati sacris. Primores baptizati ceteros
omnes suo exemplo invitarunt. Ita pagus uni
versus ad Christi fidem accessit. Inde Franciscus
Punicale

Mulier periclitans difficultate partus baptismo liberatur.

Pagum universum baptizat

Punicale (id oppidum id est sanè frequens:) productus,
benignè à Neophytis excipitur. Confestim infantibus
suo instituto baptizatis, populum ac pueros Cate-
chismo imbuere instituit. Et grassabatur tum in op-
pido lues. Itaque permulti quotidie ad eum con-
currebant undique rogatum, ut ipsorum tecta a-
diret, super affectos Deum ritè precaturus; ple-
rique quoque grauiter laborantes, qui deprecatores
meliores haberent, ipsimet, ut poterant, ad illum ean-
dem ob caussam adrepebant. Commouebatur simul
Xauerius tum innata misericordia, tum miserabili
spectaculo. Miseris hominibus iusta petentibus
abnuere nefas ducebat, veritus ne quid forte
de fiducia aut opinione Christianæ religionis
cunctatio demeret. Itaque inuisendis ægrotis,
recitandoque super eos Euangelio plurimum &
operæ ponebat & temporis. Nec malè tempus
et opera posita. Satis constat plurimos eo
eo in illa maritima ora ægros sanatos esse, mul-
tos energumenos liberatos. Nec obscura aut du-
bia fama est, tres inibi excitatos à mortuis;
præter puellam Cungoximanæ, de qua suo loco
dicetur. Punicale oppidum est in ora Comorinensi
(ut diximus) haud sanè ignobile; hic adolescens
quidam minime obscuro loco natus morte obierat.
Qui confestim ad Franciscum delatus à suis cum ingenti
comploratione ante eius pedes ponitur. Itaque cum
Pater manu prætensum Christi nomine surgere
iubet. Ille continuò surgit haud dubiè rediuiuus.
Id Xauerius humilitati suæ indulgens, quantum
potuit, dissimulando suppressit, sed frustra. Neque
enim testes præconesque graues, quominus magni
rei auctores, defuêre: et huic miraculo constanti
la deinde miranda affirmauit fidem. Ibidem

Christiana

Ægros sanat. energumenos liberat

Tres à mortuis excitat

Adolescens à mortuis excitatus.

Miracula supprimit

Christiana mulier Franciscum adijt, et flens, ac
suam orbitatem deplorans, suppliciter obsecrabat,
ut ad parvum filium suum, nuper in puteo extin-
ctum, accedere ne gravaretur. Tum ille negans pue-
rum esse mortuum, bono esse animo mulierem
iubet, atque protinus morem gerit. Ad cuius lectu
ubi ventum est, procumbit in genua. Deum ali-
quamdiu precatus, exanime pueri corpus signat
cruce. Extemplò exilit puer è feretro non vi-
vus modò, sed etiam valens. Enimvero cùm uni-
versi pariter Christiani obstupescere et miraculum
clamitare. At Xaverius enixè eos obtestatus,
ut rem omni ope tacerent, repentè inde pro-
ripuit se. Cæterùm illi ut rem tam admirabilem
silentio supprimerent, nequaquam sibi imperare
potuerunt. Et Xaverij dissimulatio illustriorem
insuper eius sanctimoniam fecit. Porrò Joannes
Triaga Lusitanus (ut de alijs taceam) vir insi-
pius & gravis, idémque Francisci familiaris, post
eius decessum à Goani Episcopi Vicario ritè in-
terrogatus, pro testimonio dixit, Punicali inter-
fuisse se, cum Franciscus puerum quendam, itémque
puellam, revocaret ad vitam. Accepisse etiam se
à multis, alium prætereà adolescentem (cui
Bombari est nomen) à mortuis excitatum: de quo
interrogatum ab se Xaverium, ita rem humilitatis
studio suppressisse, ut tamen suppressa magis
eniteret. Et hæc satis testata, atque ab Indiæ
Prorege, Lusitani Regis iussu, conquisita obsi-
gnata penes nos habemus. Dum ægris mor-
bisque operam dat Xaverius, non cessabat inter-
ea quotidianas occupationes instituendi pueros,
Ethnicos erudiendi, baptizandi conversos, se-
peliendi mortuos, consulentibus respondendi.
Ægrorum autem negotium pro multitudine ægro-
tantium, ac fama curationum, infinitè crescebat
in dies

Puer in puteo extinctus revocatur ad vitam

Puella ad vitam revocata

in dies: utcunque omnibus satisfacere haud qua-
quam valeret. Ad haec contentiones, ut fit, inter eos
exsistebant, quod suam quisque domum primus eum
certabant adducere. Igitur inspici eorum postulatis,
salva pace, morem gerens, pueros idoneos eas
loco dimittere instituit, consilio non magis ne-
cessario quam salubri. Pueri domos aegrotos

Aegros per pueros curat

ex praescripto Xaverij, primum domesticos ac
vicinos omnes cogere: deinde simul cum iis
qui convenerant, Symbolo fidei recitato, aegros
ad spem certamque Dei fiduciam, cuius beneficio
valetudinem recuperaturi essent, excitare: ad
ultimum omnibus qui aderant spe et exspecta-
tione erectis, certas adhibere preces. Nec va-
num id inventum fuit. Puerorum, circumstantium,
aegrorum, et vero Francisci auctoris fides; tum la-
borantibus tum corporum tum animorum peperit
sanitatem. Permulti quippe neophytorum in
suscepta religione confirmati: Ethnicorum non pau-
ci ad Christi fidem, cuius vim experti fuerant in
valetudine recuperanda, perducti. Quod si quis
puerorum precatoriam Francisci coronam habere
potuerat, si eam tactos aegros haud dubie sanabat,
praeclare rem gerebat agi. Itaque illa prodi-
giis nobilis certatim expetebatur, et ad [illegible]
perpetuo circumlata, raro admodum ad Franci-
scum redibat, mirantibus magis, quam provi [illegible]
seniores. Nec aegris solum, sed etiam energume-
nis, & obsessis a daemone, per pueros consulebat.

Energumenum per pueros liberat.

Energumenus quidam miseris modis a nefario dia-
bolo exagitabatur. Atque Franciscus rogatus, cum
per occupationes eo non posset ipse, pueros
aliquot, Christianae doctrinae ministros, allegavit
cum cruce, mandatque quid facto opus esset.
Adeunt ad exagitatum hominem pueri. Xaverij

tamen

crucem, ex ejus præscripto, illi orientalem offerunt;
ipsi precationes quasdam, quas tenebant memo-
ria, super eum recitant, extemplò morbo puero-
rum utrique quàm Francisci fides ac virtus cu-
ratos liberat, omnibus qui aderant, admiratione Xaverij humilitas
defixis. Hæc fama non sine magna Xaverij
laude manans, clariorem ejus animi demissionem
fecit: nam miracula divinitùs ab se, circummissis
pueris, edita, ipse à semet abjudicans, adjudica-
bat fidei puerorum ægrotorumque. Cæterùm dum
omni ratione abjicere se ac, suamque virtutem occulere
conabatur, auxit splendorem sanctitatis suæ. Eo-[?]
rum ut erat non egregia virtute solum, sed
etiam Christiana humilitate conspicuus, vulgò sanctus
Pater Sanctus appellabatur, adeò cumulata Pater S.tus appellatur
virtus ejus extitit illustrior.

Tradendæ Christianæ doctrinæ Vicari-
os sibi substituit, eisque certum sti-
pendium à Rege Lusitaniæ impetrat.

Cap. VIII.

Spectata in depellendis morbis neophytorum
fides atque industria, ad communicandum cum
eisdem laborem plebis erudiendæ Xaverius ac-
cendit. Itaque delectu habito, quibus haud
minus sedulitatis erat quàm pietatis, eos
quoquo versus dimittebat, monitos, ut in domi- Cathechismi
bus, vicis, plateis Catechismum, ita ut accepe- tradendi labo-
rant, rudibus traderent. Ubi rem pulchrè in- rem in pueris
stitutam suis jam viribus niti videbat posse, commendat
in alium vicum ipse cum pueris commigrabat
eadem ratione pagos reliquos erudituris.
Quos omnes ubi obierat, quietis immemor la-
bore in orbem redeunte ad proximum vicum reuer-
tebatur, confirmabatque si quid fortè labaret:
eodemque ordine pagos deinceps recurrebat om-
nes. Inter hæc non modò ad proceres hom-

-ines